



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam  
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

**Laberhittel, Samuel**

**Ingolstadii, 1660**

42. Dominica 5. Epiphaniæ. Inevitabiis[sic!] tentationum neceßitas in via  
illuminativa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

nes & scrupuli infestent navigantes mare purgativum. Deprecabor pro me & alijs B. Virginem nomine Ecclesie, quæ pro filijs interpellat: nomine Prælatorum, & qui mei curam habent, quibus pericula mea aperio, qui remedia ad vincendum, arma ad pugnandum subministrant, exemplo ad victoriam movent, minis & pœnis à casibus avocant, ut nos gratia suâ tueri dignetur, ut vel repugnet lapsus, vel tentatio.

*Oratio 1.* Eandem per zelum Angelorum, qui ex mandato Dei nos custodiunt in omnibus vijs nostris, ut eis præcipiat nobis ut adsint, laqueos detegant, dæmones arceant.

*Oratio 2.* Eandem Divam, ut Filium suum ad dexteram Dei pro nobis pugnantem animet, &c. & denique ipsam Divinam Majestatem magis alliciat ad nobis opitulandum: Deum Patrem, ut fortitudinem subministraret, vires adversarij liget, impugnationem extenuet. Verbum, ut doceat intellectum, sapientiam, scientiam, consilium: Spiritum S. ut voluntatem in spem erigat, & tentationis bellum in pacem convertat.

MEDITATIO XLII.

Dominica 5. Epiphaniæ.

*Inevitabilis tentationum necessitas in via illuminativa.*

Vide.

V  
nec  
agno  
ciam  
C  
servi  
tius  
Ægy  
nihil  
quo  
alijs  
tatio  
quis  
pugi  
ut p  
per l  
scipi  
C  
nes:  
deci  
id el  
fion  
turb  
pula  
estr  
posit  
fact  
& in



**V** Ideo dicitur Patrem familias veterem zizania supereminata evelli, quod necesse sit scandala & tentationes esse Petam agnoscere tentationem necessitatem, & gratiam ijs resistendi.

*Conf. 1.* Quomodo nos Dæmon in suam servitorem retrahere nitatur, longe potentius ac diutius quam Pharaon exentem de Ægypto Israëlem: ideo intelligam tentare nihil esse aliud, quam experimentum de aliquo capere, ut ipsi tentato, vel tentanti vel alijs innotescat quantus sit: ipsa autem tentatio est pugna, vel impugnatio quedam, quâ quis ad malum patrandum allicitur: ad quâ pugnam fortes & alacres nos esse convenit, ut per fortitudinem adversarios superemus, per lætitiâ laborem pugnæ sine tœdio suscipiamus, ac in eo perseveremus.

*Conf. 2.* Tentationem duas habere origines: externam Diabolum, qui nos innumeris decipiendi artibus infestare curat: Mundum, id est, mundanos homines, qui exemplis, suasionibus, minis ad malum nos provocant: turbam creaturarum, quæ suâ suavitate ac pulchritudine à DEO avocant. Dæmon Leo est rugiens, 1. Pet. 5. *Mundus totus in maligno positus est: 1. Ioan. 5. Creatura Dei in odium facte sunt, & in tentationem animabus hominũ, & in muscipulam pedibus insipientium, Sap 14.*

Alic.



Alteram originem esse internam, quæ est caro, seu appetitus sensibilis, tum irascibilis, tum concupiscibilis, sensus item, & mali habitus. Unde patet inevitabilis tentationum necessitas.

*Conf. 3.* Remedium universale in tentationibus esse SS. Eucharistiam, juxta D. Cypri. Ser. de Nativ. Dom. *Sacramentorum communicatio, per quam Christi corporis sinceritati unimur, in tantum nos corroborat, ut de mundo, & Diabolo, & de nobismetipsis victoriã potiamur.* Petam triticum illud de vera & una area, ut ait D. Hieron. & Vinum de torculari, quod calcavit D. IESVS, ut vescar, & bibam, & convalescã inter zizania omnium tentationum, quia *Instrumentum est Eucharistia, quod Diabolus obtritrus est,* inquit S. Pet. Dam. ep. 20

## MEDITATIO XLIII.

Feria 2. Domin. 5. Epiph.

De generalibus remedijs tentationum.

**A**spiciam D. IESVM ad bella vocantem, & arma distribuentẽ. Petã gratiã us utendi.

*Conf. 1.* Sicut Dominus terrã i latrocinia pellit, deinde impietatem, & injustitias compescit, tum statu composito contra hostes externos procedit: sic eodem ordine mihi procedendum. I. Contra concupiscentiam carnis, deinde contra concupiscentiam oculorũ,  
& su-